

- 1) Das entsprechende Dokument konnte bislang nicht gefunden werden, s. aber AH 4/97, wobei Anm. 1 insofern zu korrigieren ist, als Zug dieses Vertragswerk nicht n. 1692, sondern am 31. Juli 1692 aufkündigte. AH 4/97 dürfte daher eher ins Jahr 1692 zu datieren sein; s. ferner AH 74/45.
- 2) Während Zürich, neugl. Glarus und die beiden Appenzell die 1676 errichtete Communella nie anerkannten, zog sich kath. Glarus bereits wieder 1685 - s. AH 4/97 - zurück. Bezüglich der Communella ganz allg. s. AH 85/109 Anm. 1 und 2 sowie HBLs II, 609, wobei zu bemerken ist, dass die Angabe im HBLs, wonach kath. Glarus ca. 1692 aus der Communella ausgetreten sei, nicht zutrifft.
- 3) s. Arx/St. Gallen III 199
- 4) s. EA VI 1, 1701 (Beilage Nr. 17)

Original - AH 102, 139-140 - Blatt 140^V leer

1684 Juni 5., Zug

A

VISITATIONSREZESS¹ "VENERABILIS CAPITULI TUGIO-BREMGARTENSIS SUPERIORIS DISTRICTUS A REVERENDISSIMIS D.D. VISITATORIBUS [DES BISTUMS KONSTANZ, DR. THEOL. JOHANN BLAU UND DR. THEOL. JOHANN HUGO KESSLER] COMPOSITUS"

"Episcopales Constantienses Visitatores infrà scripti ... DD. Decano [Johann Jakob Schmid], Sextarijs, Reliquisque Civitatis, et Cantonis Tugiensis Clericis Salutem, cum fideli sequentium observantiâ.

Peracta iterùm Episcopali [- Bischof von Konstanz war damals Franz Johann, Vogt von Prassberg-Summerau -] Visitatione huius Cantonis Tugiensis, ac Superioris Districtûs Capituli Tugio Bremgartensis, ad promovendam in eo Dei gloriam, et animarum infinito Dominici Sanguinis pretio redemptarum Salutem commendamus.

- 1.° Jmprimis Omnibus ac Singulis huius districtus Clericis pro directione, et reformatione Vitae, actionum, ac morum suorum, sedulam lectionem Sacrae Scripturae, SS. Concilij Tridentini, Constitutionum nostrarum Synodaliûm, nec non priorum Visitationum recessuum [- solche finden sich für 1667 und 1675 -]², quorum saltem duos ultimos unâ cum praesenti à quolibet optamus describi, et subinde attentè legi.
- 2.° Jn acquisitione Beneficiorum caveant, ne quid agant per se, vel alios, quod vel à longè sapiat labem Symoniacam, pro ut sunt promissiones, et largitiones munerum, et pacta quaedam, etiam in favorem Ecclesiae inita sub gravissimis poenis à Jure constitutis.
- 3.° Omnibus pariter huius Cantonis Clericis severissimè inhibemus quascunque practicationes, ut vocant, vulgo trölereyen quas neque pro se, vel alijs in ordine ad obtinenda Beneficia neque in favorem, aut odium saecularium pro huius, aut illius promotione procu-

- randa, vel impedienda exerceant sub gravi arbitraria poena, atque in subsidium ipsius Suspensionis ab officio, et Beneficio. Contrafacientes teneatur quivis Clericus facti Notitiam habens sub mulctâ unius dublonis; aut pro re natâ graviori immediatè, vel mediante Domino Decano ad officium Constantiensem mox deferre, ac D. Decanus in omnibus Convocationibus super isthac materia sedulò inquirere.
- 4.° Non minori cum sedulitate inquiratur, et indagetur in modò dictis Convocationibus (quas uti nonnisi propter occurrentiam maioris momenti negotia, ita semper ordinate, ac fructuosè institui volumus) super excessivis Clericorum computationibus et praesertim hospitiorum frequentatione, quam taliter restringimus, ut extra necessitatis V.G. Jtinerationis etc. Casum, nulli deinceps liceat, tempore Adventûs Domini, et quadragesimae, item neque diebus Churialibus, ac pro festis publica hospitia adire sub poena unius floreni Episcopali Constantiensi Fisco pendendâ, et per Dominum Decanum, ac Secretarium [- damals war dies Johann Ritzart -] mox colligendâ. Reliquis verò temporibus non nisi rarò, et honestate aliquâ sic suadente, ubi tamen bibatur moderatè, discurratur modesti, non ludatur, et sub eadem mulctâ unius floreni ultra tempus diurnum nonque haereatur, sed saltem ingruente nocte domum eatur.
- 5.° Jn Ecclesijs, et Sacrastijs prohibitus esto usus tabaci sub mulctâ de[c]em assium toties, quoties solvandâ, et abs Domino Decano exigendâ, uti non minus confabulationes, atque garrulitates.
- 6.° Jn Ecclesia, et comprimis in celebratione Sacri observentur Rubrica, Caeremoniae, et Ritus romani, adhibitâ in aedificationem populi, omni externa gravitate, ac devotione.
- 7.° Quantum fieri potest Clerici omnis praesertim verò in urbe existentes seligant sibi certum Confessarium, cui ordinarie confiteantur singulis actiduis, sique Domino Decano videantur nonnulli negligentes hac in re, ab ijs Scheda Confessionis subinde petatur, quam iussi exhibere teneantur.
- 8.° Clerici Tugienses non Beneficiati saepius accedant Ecclesiam Parochialem, ubi se in officijs Divinis occupent, sique fieri possit, induti ad instar Beneficiatorum Veste Thalari, et superpelliceo, prout ante hac usus obtinebat. Caeterum
- 9.° Omnis Vestitus Cleri sit decens, et Clericalis, neque togae breviores, quam infra genua propendeant, et caligas perfectè tegant, in Ecclesijs Altare accedentes Biretis utantur.
- 10.° Cathechistica Doctrina sub gravi poenâ diebus Divinis nisi urgentissimis ex Causis à Parochis, vel qui ad id munus obeundum tenentur, omittatur, quam Tugij optamus tradi etiam in Ecclesia S. Nicolai [=St. Niklauskapelle in Zug]
- 11.° Parochi studeant interesse rationibus Fabricarum, et praecavere

ne nimij sumptus fiant, cuius etiam procuratores serio commonitos volumus

- 12.° Tugij curet, et urgeat Dominus Decanus, ut extruatur nova sacristia saltem in parochiali Ecclesia S. Michaelis, pro conservatione paramentorum etc. perquam necessaria, ubi Venerabilissimum non in Sacristiâ, sed in publicâ Ecclesiâ loco decenti asservetur.
- 13.° Causis Matrimonialibus nullus praeter Decanum ceu Episcopalem Commissarium [- bischöflich-konstanzischer Kommissar war damals Dekan Schmid -] se immisceat, iste verò tractet illas in suis aedibus Parochialibus cum adiuncto sibi semper alio impartiali et idoneo Sacerdote, parcendo, quantum fieri potest, sumptibus, ac tempori, ne Partes iustam conquerendi causam habeant.
- 14.° Atque huius Visitationis recessus executionem committimus DD. Decano, et Secretario, qui omnem adhibeant operam, ut quâm studiosissime per omnia observetur. ...

Visitatores Episcopales Constantienses"

[sig.] Dr. J[ohann] Blau

[sig.] Jo[hann] Hugo Kessler

1) s. Dommann/Reform 86 Anm. 48 sowie AH 52/48

2) s. Dommann/Reform 86 Anm. 46, 47

Kopie, erstellt von Dekan Johann Jakob Schmid? für den Zuger Stadt- und Amtsrat **Beat Jakob I.** Zurlauben? - AH 102, 141-142

1606 September 26.

A

SCHULDBRIEF¹, AUSGESTELLT VON OSWALD II. UND BEAT ZURLAUBEN
[GEST. 1620], BEIDE VON ZUG, FÜR HANS PETER STEINER,
VON ZÜRICH

"Wier Nachgenampte Oswaldt [II.] unnd Batt Zurlauben Gebrüederen Burger unnd Seshafft Jn der Statt Zug. Bekhennen mit disser unnsrer verschrybung das wier Zu thun schuldig sindt umm tuoch unnd andere wahren, dem ... herren hanns Petter Steyner Burger unnd Seshafft Jn ... Zürich. Namlichen ... 1200 R Züricher werung Je ... [15] gbz. oder ... [40 ss] für Ein R gezellt unnd der Selbigen Statt Züricher Werung: die wyl Solche 1200 R verfallen unnd mir gemälte Zurlauben nit wol bi gelt haben wier gmelter herr Steyner Erbetten Unnss umm den Zinss Zu warten unnd die wyl Er unns warttett versprechen wier Jme H. Steyner Jerlich von Jedem ... [100] ... [7] R Zinss Zu geben. Thrifft sich von dito 1200 R Jerlich ... [84] R Zinss. Damit aber obgedachtter herr ...